



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De execrabilibus Addæo & Aetherio. Caput III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

sunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quiq; agros vltra Caucasum iacentes accolunt, oriūdi. Qui Turcas vicinos suos, ab illis grauibus affecti incōmodis, cū omnibus suis fugientes, primum ad Bosphorū venerunt: de inde litoribus Euxini Ponti relictis, (vbi multæ gētes Barbaræ habitabant illæ quidem, sed vires & castella à Romanis incolebantur, atq; eò tū nōnulli milites rude donati aduentauerant, tum coloniæ erant de imperatorū sentētia deductæ) recto itinere cōtenderunt, oībus barbaris qui ante pedes erāt vsq; eò expugnatis quoad Danubij ad litora peruenirēt: vnde legatos miserūt ad Iustinianū. Ex eo loco Iustinus accersebatur, eo nomine videlicet, vti cōditionibus inter ipsum & imperatorē Iustinū pactis frueretur. Nā quoniam ambo in simili vitæ splēdore positi videbātur, & imperiū ad vtrūque spectare, post magnam de rerū summa disceptationem & controuersiam, conuenit inter eos, vt vter illorū ad imperij honorem ascenderet, alteri deferret secundas, eatenus quidem, vti licet secundas ab imperatore, præceteris tamen omnibus primas obtineret.

*De Iustini cognati sui occisione.*

*Caput II.*

**Q**uapropter Iustinus imperator beneuolētia quadā frōte simulata alterū Iustinū cōplectitur, & criminibus paulatim cōtra eū cōfictis, & satellitibus, militibus prætorianis, ac stipatoribus ab eo remotis, vetat, quò minus in publicum prodiret (domi enim assiduè se continuit) & tandem madata Alexandriam transportandum. In qua vrbe, nocte intempesta, cum iam decumberet in lecto, miserandum in modum interemptus est: illaque mercede tum ob beneuolentiā in rempub. tum ob res præclare in bello gestas remuneratus. Atque non prius imperatoris eiusque coniugis furor, & iracundiæ flamma restincta fuit, quam caput eius ceruicibus abscissum oculis cernerent, inque illud calcibus insultarent.

*De execrabilibus Addeo & Aetherio.*

*Caput III.*

Pp 2

Non lon

**N**on lōgo tēpore pōst, Aetheriū & Addæū . vtrūque ex ordine senatorio, qui principē locū apud Iustinianū diu tenuerāt, in iudiciū ob piaculū quoddā adducit Iustinus. Quorū alter, Aetheriū dico, cōfessus est se aīo instituisse, imperatorem veneno conficere, habuisseque Ad dæum illius conatus socium, & in omnibus adiutorē. Verūm Addæus graui cum iureiurando affirmat, se istius rei profus ignarum esse. At vterq; tamen securi percussus est: atq; Addæus, cum iam caput abscinderetur, dixit ingenuē, se licet falso de ijs rebus esset accusatus, iusta tamen debitaque à Deo facinoris cuiusque contemplatore & vindice sibi inflicta supplicia . Theodotum nanque aulæ præfectū se præstigijs quibusdam è medio sustulisse . Cæterum ista ita ne se habeant, an secus, non possum equidem pro certo affirmare. Attamen vterque scelestus fuit: quippe Addæus infano puerorum amore exarsit: Aetherius autem nullum calūniæ genus præteriens, tum viuos, tum mortuos nomine aulæ imperatoriæ, cui regnante Iustiniano præfuit, fortunis spoliauit. Atque hæ res hunc habuere exitum.

*De fidei edicto, quod Iustinus ad Christianos  
vbiunque scribendum curauit .*

*Caput 1111.*

**P**orrò autem edictum omnibus vbiq; Christianis à Iu-  
stino scriptum fuit, his fere verbis . In nomine domi-  
ni Iesu Christi Dei nostri, Imperator Cæsar, Fl. Iusti-  
nus, fidelis in Christo, Mansuetus, Max. Beneficus, Ala-  
manicus, Gotthicus, Germanicus, Anticus, Francicus,  
Erullicus, Gepedicus, Pius, Fortunatus, Gloriosus, Vi-  
ctor, Triumphator, semper Augustus .

*Ioan. 14* Pacem meā do vobis, inquit Christus dominus, verus  
Deus noster: Pacem meam relinquo vobis, idem dominus  
omnibus hominibus prædicat . Atque istud aliud nihil  
est, quàm vt credentes in eum, ad vnam eandemque eccle-  
siam se conferant: in recta Christianorum fide ipsi inter se  
cōsentiāt, eosq; qui ei cōtradicunt, opinionēve aduersariā  
consectantur, penitus detestentur . Est enim prima oībus  
hominibus salus, ingenua veræ fidei confessio. Quocirca  
nos qui